Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in consilio sc̄orũ magnus & terribilis super
omnes qui in circuitu eius sunt. Dne ds uir
tutum quis similis tibi potens es dne & ue
ritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potesta
tis maris motum autem fluctuum eius tu mi
tigas. Tu humiliasti sicut uulneratũ superbũ
in brachio uirtutis tuę dispersisti inimicos tu
os. Tui sunt cęli & tua est terra orbem terrę
& plenitudinem eius tu fundasti aquilonem
& mare tu creasti. Thabor & hermon in no
mine tuo exultabunt tuum brachium cũ
potentia. Firmetur manus tua & exaltet
dextera tua iustitia & iudicium ꝑparatio
sedis tuę. Misericordia & ueritas precedent faciem
tuam beatus ppls qui scit iubilationem. Dne
in lumine uultus tui ambulabunt & in no
mine tuo exultabunt tota die & in iustitia
tua exaltabuntur. Quia glia uirtutis eorũ tu
es & in beneplacito tuo exaltabitur cornu
nrm. Quia dni est assumptio nra & sci israel
regis nri. Tunc locutus es in uisione sanctis tuis